

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Rudolf Wettstein Johann Hartmann Sueder

Disputatio Theologica, De Praedestinatione Bonorum & Malorum

Basileae: Deckerus, 1655

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn787863688>

Druck Freier  Zugang



17 E.
A. G.
A. G.
245 Fav
46p
14 V.
A. C.
A. B.
22 p
96p
64p
Pr. 50p
31 p.
A. 12 p
A. T.
A. T.

A. 4 C 52 b. 6.
A. A.
A. B.
A.
A. A. C.
A. C.

80.



Fa-1092(80)

In Tomo hoc XXXVII. sunt

1. Jo. Schmid de Peccato. ad 1. Ioh. III, 4.
2. — De liben Arbitrio. Jo. VIII, 36.
3. Seb. Schmid de Script. S. ad 2 Pet. 1, 19-20. 21.
4. D. Damhaueri Althea Sancta sui vindicta.
5. Jo. Faust pro tr. de notione divina affectu XVII, 28.
6. D. Georgij Haberlini fascic. hymna. Cant. 1, 13.
7. Andreas Vinnius ad Psalmum II.
8. Jo. Schmid de vita Eternitatem.
9. Christiani Detz. Manipulus Thesni Prachiani sub B.
Sicutemamo propitiam.
10. Dr. Martin Geijeri conformitas Iudeo Papstionis
Divina de Deo Angelis & Homine.
11. Christoph Laur. Cheeführer p. tr. de Chilasmo.
12. Jo. Andr. Quenstedt de Persequitione Venetiorum.
13. Gabrielis Wedderkopf de Athelmo Bonianon.
14. Michael Fœrster de Legum naturalium origine.
15. — De ordine script. prout ea vim. Nat. conve-
mone dicitur.
16. & Jo. Fecht de Judie Controversianum.
16. a. — De Trinitate.
16. b. — De domo Christi.
17. — De Invocatore sanctoru.
18. — De Luyatono.
19. — De Communione S. & utrag

20. D. Joh. Fr. de Myra.
21. —. De sacramentis.
21. —. De vocatione Ministeriorum Ecclesie.
22. —. De Cœlibatu eodem.
23. —. De Peccato.
24. Hoornbeek de Theologia Praxi:
25. —. Sans postenor.
26. —. De Tentatione Dei.
27. —. De Autoritate N. T. test.
28. —. De Picciate.
29. —. De Devotione.
30. —. De meditatione Sacra.
31. } —. De Studio verbi divini:
32. } —. —.
33. —. De Scysu divinae gratiae.
34. —. De Fiducia in Deo.
35. —. De Gaudio Spirituali.
36. —. De Felic.
37. —. De Christo.
38. —. De Ascensione Christi:
39. —. De Gloria Christi celesti.
40. —. De Spiritu.
41. } —. De Providentia.
42. } —.

42. } Floornbeck de Prædestinatione.

43. }

44. }

44. } — . De Sabbatho.

45. } — . De Ministeri auctoritate.

46. } — . De Examine Ministerorum.

47. } — . De Clericis officiis.

48. }

49. } — . De Clericis hiiorum vita.

50. }

51. } — . De Fædere Clericis hiis.

52. } — . De Mundio.

53. } — . Ad Matt. XXIII, 37.

54. } — . XI, 20. 21.

55. } — . Gō. Cocceji de Divinitate Script.

56. } — . de Perfectione Script.

57. } — . de Fædere gratie et Verbo M.T.

58. }

59. } — . de Logionibz Hg est.

60. }

61. } — . De Natura Humilitatis Christi:

62. }

63. } — . De Natura Humilitatis Christi:

64. }

65. } — . De Natura Humilitatis Christi:

65. Io. Cocaji de Regeneratione et Resipiscientia.
66. — . De Oblatione Christi.
67. Wettensij. De unionis Personalis in Christo Forma,
 Fine Effectio. eti.
68. — Alix Gerneri de Forma Unionis Personalis
 in Christo.
69. — . De Prometathg Dei.
70. — . De Peccato in Sintum.
71. Wettensij de Praedest. Bonorum et malorum.
72. Gius et Collegam Syllabus Controversiarum

V.

DISPUTATIO THEOLOGICA,

De

PRÆDESTINATIONE BONORUM & MALORUM:

Quam,

GRATIA CHRISTI JUVANTE,

PRÆSIDE,

VIRO Reverendo & Clarissimo,

DN. JOH. RODOLPHO WETSTENIO,

S.S. Theol. Doct. Locorum Commun.

& Controversiarum Sacrarum
Professore meritissimo,

Die 16. Novembris, Anno M DC LV.

IN ACADEMIA BASILIENSI,

Publico exponit examini

JOHAN. HARTMANNUS SUEDERUS,

Franco-Hammelburgensis,

Horis & Loco solitis.

Rom. IX, 16.

Οὐ γέλοντες, γέδε γέ τρέχοντες ἀλλὰ
γέλεσυντες θεοί:

Non est Volentis, neque Currentis: sed,
MISERENTIS DEI.

BASILEÆ, Typis GEORGII DECKERI,
Universitatis Typographi.



VIRO ILLUSTRI,

*NOBILITATIS, ERUDITIONIS,
atq; Fortitudinis splendore, multaq; rerum Bellicarum
experienciâ celeberrimo,*

DN. JOHANNI GEISSIO, &c.
Inclyto Hessorum Heroi, & Patriæ
quondam Propugnatori for-
tissimo, felicissimo:

NEC NON

Reverendis, Clarissimis, Consultissimis q; Viris,

DN. JUSTO JUNGMANNO, J. U. D.
& Curiæ Sacræ Hassiacæ Præsidi dignissimo:

DN. THEOPHILO NEUBERGERO,
Aulæ Cassellanae Pastori primario; ejusdem
Diœceœos Superintendenti vigilissimo
& Consistorii Eccles. Assessori amplissimo:

D. D. D. Mecœnatibus, Patronis ac Promoto-
ribus suis, omni honorum cultu æternum
prosequendis,

*Pauculas hæcse positiones Theologicas, in debitæ observantie
monumentum, humilime & officiosè offert,*

JOH. HARTMANNUS SUEDERUS,
Author & Respondens.



THESSIS I.

ESSE Prædestinationem aliquam : apud eos omnes, qui vel autoritati S. Scripturæ, & generalissimis naturæ principiis de Deo, ipsiusque consiliorum æternitate, locum concedunt, in confessio est. Quò etiam respexit Augustinus lib. de Bon. Persev. Cap. XVIII, ubi ait : *Hoc scio, neminem contra istam Prædestinationem, quam secundum Scripturas sanctas defendimus, nisi errando disputatione potuisse.* Et cap. XXI, *Nimis, inquit, contentionis est ; Prædestinationi contradicere, vel de Prædestinatione dubitare.*

I.I.

Utcunque verò res ita habeat : Non defuère tamen olim, nec adhuc desunt, qui hanc ipsam de Prædestinatione doctrinam in Ecclesiâ Dei sôpitam prorsùs, ac tantùm non eliminatam è cœtu fidelium velint. Hinc scilicet vel securitati carnaли, vel desperationi undiquaque fenestras adaperiri, tragicum exclamantes.

III.

Quibus non obstantibus, nos, doctrinam hanc non utilem modò, sed & necessariam judicamus; quæ in Ecclesiâ retineantur, & eâ, quâ decet nos animi sobrietate ac humilitate veneranda Dei mysteria tractare, fidelibus proponat atque explicetur.

Nam, quæ occulta sunt, penes Jehoram Deum nostrum sunt : At quæ revelata, nobis & filiis nostris usque in seculum revelata sunt, Deut. XIX. 29. Huc pertinet illud generale Servatoris mandatum Joh. V. 39. Scrutamini Scripturas. Ut proinde eximiè judicarit, (sub cuius nomine hodie legimus) Proph. Quæ Deus occulta esse voluit, inquiens, non sunt scrutanda : Quæ autem manifesta fecit, non sunt neganda : Ne & in illis illiciè curiosi, & in iis damnabiliter inveniamur ingrati, de Voc. Gent. lib. I. cap. 7.

I V.

Neq; periculum est, ne offendicula inde suboriantur apud Electos & fideles; qui adoranda Dei consilia, ad sui per totam vitam & informationem & consolationem, piè & modestè meditantur: ut quibus Deus dedit Spiritum non formidinis, sed roboris & charitatis, 2.Tim.I,7. Etsi malitiosi sè penumero è re bonâ scandali occasionem arripiant. Quod Christo ipsi inter Phariseos non semel contigisse, testis est historia sacra. Ubi tenendum: *Scandala infirmorum esse amolienda, Phariseorum negligenda.*

V.

Nosigitur, divinâ freti Gratiâ, quid in Verbô suô de Prædestinatione Deus revelaverit, breviter eruere & declarare conabimur. Ideoque, præmissâ primò *Vocis* evolutione; postmodum *Rei*, per definitionem explicatæ, membra singula spe-ctabimus.

VI.

PRÆDESTINATIO, Nomen in Theologorum Scholis natum, à verbô *Prædestinare* formatum est; idem significat, quod *Ante-destinare*. Respondet Graeco Nomini *προετοπος*, deducito à Verbô *προειχεν*, *Præfinire*, *Prius definire*, *Præstituere*, *Ante-constituere*. Componitur enim ex Præp. *πρε*, *Ante*, *Præ*: cum relatione ad tempus: & *πρειχεν*, *Definire*, hoc est, statuere, consti-tuere. Unde Act. XVII, 31. *αιδηπι ω πρειχεν*, Vulgatus, *In Virō, in quō STATUIT*. Legitur verò *προειχεν*, tam ubi de Personis, Rom.VIII, 29,30. Eph.I, 5,II. quam ubi de Rebus, agi-tur: 1.Cor.II, 7. Quò loco habemus explicatam signifi-cationē Præpositionis *πρε*, verbis: *προειχεν ο Θεος πρε των αιώνων*, *Prædestinavit* (vulgò) *præfinivit* (Bez.) Deus ANTE secu-la. Unde Syrus interpres *προειχεν* Act.IV, 28. & Rom.VIII, v.30. per duo vocabula expressit, *מִזְרָחַת*, hoc est, *Prius*, vel *ante*, *signavit*, *designavit*, *descriptit*, &c. Quæ translatio pulchre convenit cum illis Scripturæ S. locis, quibus DEO *Liber Vitæ*, in Quō signata sive descripta sint Nomina Electorum, tribuitur: Exod.XXXII, 32,33. Apocal.III, 5. & XIII, 8. & XVII, 8. itemque illis, quibus Electi ipsi *signati* & *obsignati*; 2.Cor.I, 22.

Conf.

Conf. Ezech. IX, 4, 6. & Apoc. VII, 3. &c. Rejecti verò, οἱ πάλαι τοις εργασμοῖς, dudum antē descripti, Jud. v. 4. dicuntur.

V III.

Hebrei Nomine pariter ac Verbō carent, quō Prædestinationem præcisè denotent: Sed illorum locō simplicia usurpant: ἔπι Statutum, Decretum, Præscriptum, Psal. II, 7. à radice ἔπι Descripsit: Statuit: Decrexit. L X X. transtulere ἀφοίζειν Secernere, γέραφεν & διαγέραφεν, Scribere, describere: atq; Τιθέναι, Ponere. Item τοῦ Confilium: & ρώπη Voluntas, placitum, Græcè βολὴ, Ephes. I, 11. Act. IV, 28. & ὠρισμὸν βολὴν Act. II, 23. Definitum confilium. Rabbinis usitatum Nomen τοῦ, quod legitur & Levit. XVI, 22. sed, in significatu huc respiciente apud Daniel. Cap. IV, 41. & 21. Ubi LXX. reddidere Σύγκλιμα Confilium, Latini Decretum. à rad. τοῦ secuit, scidit: Decidit, Decrexit. Conf. Job. XXII, 28. (ubi LXX. ὀψίζειν adhibuerūt.) & Jesa. XL VI, 10. a. Huc facit, quod idem LXX. verterunt aliás ἀποτέμνω, Absindo, Dan. II, 34. aliás διαιρέω, Divido: Atque hinc etiam nomen τοῦ Psal. CXXXVI, 13. Διαιρέσιν, Divisionem expresserunt.

VIII.

Ex his patet: I. Prædestinationis Nomen, latè quidem accipi posse; adeò, ut in genere significet Dei Voluntatem, Confilium, Decretum, quō Rem aliquam futuram, PRIUS quam fieret, cognovit, constituit, definivit: Quō sensu cum PROVIDENTIA DEI, atque PRÆSCIENTIA ejusdem æternā reciprocatur. Idemque valent τοῦτοι, τοῦτοι, τοῦτοι. II. Strictè, tamen usurpari; quoties in Specie tribuitur Deo, Creaturis rationalibus certum aliquē finem (ὅρον) destinanti ab æternō, per certa media obtinendū. Quā notione Theologi capiunt; quum in Supremā Discretions live Divisionis Angelorum & Hominum causā indagandā versantur. Ac eōdem modulō peculiariter Scriptura S. utitur Nominibus τοῦτοι & τοῦτοι: Rom. VII 11, 28. & IX. II. Ephes. I, 11. I. Petr. I, 1, 2. Hinc Augustinus de Bon. Persev. CAP. XVIII, aliquando, inquit, Prædestination significatur nomine Praescientia: Idque colligit ex ad Rom. XI, 2.

A . 3

I X.

Veruntamen, etiam de Hominum *Prædestinatione*, non uno modō à Theologis idem Nomen accipitur: Alii enim strictissimè illo utuntur, pro *Prædestinatione Sanctorum*: ut S. Augustinus eam libro peculiari contra Pelagii asseclas inscripsit: Alii paulò *laxius* id sumunt, ut non solum *Sanctorum*, sed & *Impiorum* destinationem comprehendit: Quō sensu Augustinus quoque frequenter usurpavit verbum *PRÆDESTINARE*.

Ut, cū D E U M Omnipotentem, ait, *Bene uiri & Malis*, ad eorū *Damnationem*, quos iusnē *PRÆDESTINAVIT AD POENAM*, & ad eorum *fatuem*, quos benignè *PRÆDESTINAVIT AD GRATIAM*: Encirid. cap. C. Sic Lib. IV. de *Animā*, cap. 2, *Deus*, inquit, est illis quos *PRÆDESTINAVIT AD AETERNAM MORTEM*, *infissimus supplicii retributor*.

Sic Lib. II, de *Civit. Dei* cap. X. idem ait: *Malignos Spiritus satagere*, ut humanas mentes ad *prædestinationem supplicium secum trahant*. Ac similiter, *mori semperna prædestinatos* allegat, Tractat. XLIII: & CVII. in Joh. Judam traditorem Christi, filium *perditionis dictum*, ait; quod esset *Perditioni prædestinatus*. Nec aliter Prosper & Fulgentius, ejusdem veritatis testes: Ille, Ref. ad cap. 14. & 15. Gallor. Iste, lib. I. ad Monim. Quibus, inter alia plura, & hæc leguntur: *Prædestination DEI, semper in bono est: AUT ad retributionem justitiae, AUT ad donationem per inenam gratiae*. Proinde Partes Concilii Valentini, sub Lothario, Anno Christi 15. CCCLV. can. 3, tanquam fidei Catholicæ doctrinam confessam tradidere, duplē *Prædestinationem hominum*, *Ad vitam*, & *Ad mortem*. Verba sunt: *Fidenter fatemur, prædestinationem Electorum ad Vitam, & prædestinationem Impiorum ad mortem*.

X.

Nos igitur, præsenti loco, *Prædestinationem dicimus*, antiqua & Scripturæ S. consentanea significatione, *Decretum Dei aeternum*, quō *Creaturis rationalibus Vitam & Mortem, Salutem & Intervitum, certissimè præfinivit*, ac mediis convenientibus suo tempore dispensare præstituit.

X I.

Unde facilè videre est: Sive *Personas*, quas illa spectat, intueamur, *Angelos* videlicet & *Homines*; sive *Res*, iisdem decretas consideremus, *Vitam & Mortem*: utraque ratione duplē statuendam esse.

De *Angelis* quidem, apertè S. Scriptura testatur: Alios *Electos*, 1. Tim. V, 21. *alios Traditos in iudicium*: 2. Perr. II, 4. Jud. v. 6. utpote quibus *præparatus ignis aeternus*, Matth. XXV, 41. Deque horum Spirituum *Prædestinatione B. Augustinum* suprà loquentem audivimus. Quibus addi potest, ex Epist.

XLIX,

X L I X , quæst . 3 . quod dicit : *Iniqua Spiritualis creatura P R A E D E S T I N A T A e s t S U P P L I C I O S E M P I T E R N O* . Cæterum hâc missâ inquireremus .

XII.

De Prædestinatione Hominum .

Eam definimus : *Decretum Dei æternum* , quo de omnium & singularum Hominum Vitâ & Morte , in tempore certis mediis ordinatè dispensandâ , certissimè statuit : ad laudem Glorie , Sapientie , Misericordia atq; Justitiae sūe .

XIII.

Genus hujus definitionis est , *Decretum Dei æternum* : Quibus verbis designatur , tûm *Quid* sit ; tûm *Cujus* ; denique *Quando factum* .

Postremum horum innuitur Præpos. προτότητα , Ante , Præ : *Primum* , nomine οἰκουμένης , *Definitio* , *Descriptio* limitata : *Medium* , ex utriusq; collatione liqueficit . Nam , cùm res universas , antequam fierent , nemo nō sile , nemo constitueret , nemo discernere potuerit , nisi J E H O V A , qui E S T ante omnia : sequitur æternam Prædestinationem , nisi æterni D E I , esse non posse .

XIV.

Differentia , reliquis verbis absolvitur : ex *Objecto* , *Modo* ac *Fine* petita . Quibus simul nomibus cùm tota *Causarum* series comprehendatur : nos eam Ordine justo percensere annitemur .

XV.

Efficiens Prædestinationis *Causa* , passim in Scripturâ S. D E U S perhibetur . Ac de hac in *Concretô* satis inter omnes convenit . Sed in *abstractô* , illius tûm ἀρχὴ γενεῶν , tûm ἀρχὴ ταξιδιῶν , scrutandæ sunt . De illâ etiâ satis constat , esse *Voluntatem D E I* , Act. IV , 28 . Ephes. I , II : Quæ , ut suprema est Causa Universi , & quicquid in eô extat ; sic absurdum , & atheismo affine censendum , *Fieri aliquid , sive ab illis , sive de illis , sive circa illa* , quæ à solo D E O sunt , PR A E T E R ipsius voluntatem .

Verè namque Augustinus : Mirò & ineffabili modô non sit P R A E T E R ejus (D E I) voluntatem : quod etiam contra ejus sit Voluntatem : quia non fieret , nisi fineret : Nec unice nolens sinit , sed volens . Enchirid . cap . 100 .

XVI.

In Scripturâ S. expressè nominantur , *Voluntas* , *Consilium* & *Propositum Dei* : Rom. IX , 19 . Eph. I , 2 . ἀρχὴ τοῦ οὐρανοῦ , κατὰ τὸν

τινὶ οὐδονίας ἐγέληματοι αὐτῷ. & v. II. περιεργαζόμενοι καὶ τοιχίστοις ἐπὶ τὰ πάντα ἐνεργεύοντο καὶ τὸν βεγλέων ἐγέληματοι αὐτῷ: Prædestinati secundum Propositum ejus, qui efficit omnia secundum consilium voluntatis sue. Unde manifestum fit, οὐδονίας τοῖς ἐγέληματοι, & ποιητοῖς, & βεγλέων τοῖς ἐγέληματοι, idem significare. Ac pariter per verba οὐδονίαν & ἐγέλειν, eandem causam inculcari: Luc. XII, 32. Gal. I, 15. Rom. IX, 18. Οὐ γέλει, ἔλεσθι: Οὐ γέλει, σκληρωθεῖ: Misereatur, cuius VULT: Indurat, quem VULT. & v. 22. ἐγέλων οὐ θεός, VOLENS Deus, &c.

XVII.

At, de ποιηταὶ φυσικῆι seu Impellente causâ, tumultus variis orti sunt, cum jam olim ab Hæreticis Pelagianis, & Masiliensibus, eorum principia quædam acrius defendantibus: tūm ab hodiernis utrorumq; posteris, Socinianis, Jesuitis & Arminianis. Putarunt hi simul omnes, ac etiamnum certant: Dari in ipso homine, adeoque extra Deum, aliquam Prædestinationis rationem, sive causam. Scopus communis errorum: Ut Salus & Interitus hominis, ex humani arbitrii libertate, suspendatur: Ac ultima definitio sive discretio unius ab alterō, Credentis ab Incredulō, Volentis à Nolente, nequaquam à Deo, sed ex Liberi arbitrii usu vel abusu pendeat. Qui quidem error Christianæ Religionis jugulum petit, illique certum infert interitum.

XVIII.

Nec tamen ita plumbi fuere, ut Operum vel fidei merita, in tempore demum patrata, Prædestinationis causam facerent; sed, sicut illam ab æternō factam concedebant: Sic ad Præscientiam Dei recurrebant æternam.

Augustinus illorum sententiam refert, de Prædest. SS. cap 18. Præsciebat (Deus) qui futuri essent sancti & immaculati, per liberæ voluntatis arbitrium: Et IDEO eos, ante Mundii constitutionem, in ipsā suā PRÆSCIENTIA, quā tales futuros esse præcivit, elegit. Elegit ergo antequam essent, prædestinans Filios, quos futuros sanctos, immaculatosque PRÆSCIavit. De prævisione Fidei, sic Pelagius in cap. i. Eph. rationem explicans, quā Paulus, nos prædestinatos secundum propositum, diceret: Prædestinati, inquit, per fidem sive præconiti. Et expressius in cap. 8. Rom. Propositum secundum quod vocati sunt Sancti, dicit esse; secundum quod proposuit sola fide salvare, quos PRÆSCIVERAT esse credituros. Hinc ajebat: Prædestinati idem esse, quod præscire.

XIX. Nos

Nos
nem
hermita
rimam
Lau
Ratio
fa, ipsa
illa est
dum.
dis, Q
fueris
quam a
ab arte
prohibe

Aq
DEC
admo
five B
Decr
impe
Ag
35. Ep
Gra
condam
Conflic
Concor
RITO
4. filia
DEI
CAU
Viam a

Ei
etern
bilita
Heb
Qu
STA
Jel.X
cam.
Eph. I

XIX.

Nos, cum Catholicis & Augustino, negamus: *Prædestinationem nisi Præscientiā Meritorum quorumcunq; humanorum*: Contra, firmiter credimus ac profitemur, *Decretorum Dei, præter liberimam ejus voluntatem sive beneplacitum, causam impellentem nullam tari.*

Ratio. 1. *Quod Voluntas DEI prima & suprema rerum omnium causa, ipsaque Prædestination ab æterno facta sit*: Unde fieri non potuit, ut res illa extra Deum, h.e. à Deo diversa, eum moveret, ad hoc vel illud statuendum. 2. *Ipsa Prædestinatione definitum à Deo fuit, Quid de Rebus cunctis, Quóde Modo, in tempore fieret*: E. ipsa potius *Finem & Modum rebus futuris dedit, quam ab iisdem accepit.* 3. *Nec in Præscientiā Dei, quicquam ab æterno fuit; quod non Ipse idem, ut esset in temporē aut fieret, ab æterno quoque decreverit.* Actor. X V, 18. *Quid enim, ipso nolente, sive prohibente, futurum fuisset?*

XX.

Atque hinc est, quod multi Theologorum; *Prædestinationem, DECRETUM ABSOLUTUM esse*; dicant. Nō sanè, (quemadmodum nonnulli cavillantur) quasi Deus *Absq; omni respectu sive Boni, sive Mali, (e.g. Christi Servatoris, Fidei, Peccati:)* Decretum illud fecerit: Sed, quod Respectus ille, vim Causæ impellantis in Deo non habuerit.

Argumentum locorum: Matth. XI, 25, 26. Rom. IX, II. & 16. & cap. XI, 33. 36. Eph. I, 4. aliorumque. Prefertim notandus v.ii. Ubi *προετέσθετες καὶ προετίθεσθε, καὶ dicimus: Prædestinati secundum Propositum Dei. Quod si, secundam meritam nostram, fuissimus destinati; jam à Nobis, non à Dei Proposito, Consiliorum divinorum ratio peteretur. Quod absurdum.* Sic Autores lib. Concord. docent: *Quod merita Graia, SINE ULLO NOSTRO MERITO, in Christo ad vitam æternam electi sumus*: Artic. XI. aff. 12. & negat. 4. falsum, horrendum & blasphemum dogma notant: *Quod non SOLA DEI MISERICORDIA, &c. sed etiam in Nobis-ipsis ALIQUA CAUSA sit electionis, CUIUS CAUSE RATIONE DEUS NOS ad Vitam æternam ELEGERIT.*

XXI.

Ex prædictis principiis: *Quod Prædestination sit Dei, & aeterna DEI sapientissimi voluntas ac Præfinitio: fluit & Immutabilitas illius: quam Apostolus, τὸ ἀμετάθετον τῆς βραχῆς αὐτῷ, Hebr. VI, 17. Consilii ejus immobilitatem vocat.*

Quia, ut DEUS aeternus in seipso; sic in aeternis suis Consiliis CONSTAT. Vi Oraculorum: Malach. III, 6. *Ego JEHÓVA non mutor.* Jes. XL VI, 10. *Consilium meum STABIT, & omnem voluntatem meam efficiam.* Psal. CXV. *Deus noster in ipsis Cælis est, quicquid VULT, FACIT.* Eph. I, II. *Qui operatur OMNIA pro Consilio voluntatis sue.* 2. Tim. II, 19.

B

*Solidum fundatum DEI STAT, habens sigillum hoc: Nonit Dominus qui
sint sui. Hoc si conclusum & obsignatū sit (quod multis in locis Scriptura
testatur) quis rescindet? Consilio ejus quis refragatur? Rom. IX, 19. Adstipu-
latur Augustinus: In suā, qua fallī MUTARIQUE NON POTEST
Præscientia, opera sua futura disponere; illud omnino nec aliud quicquam est, quam
Prædestinare. De Bon. Persey. cap. 17.*

XIII.

FINIS, altera Causarum est, quam (occasione Definiti) ante reliquias expendamus. Nam, ut *ωρογεισμός Præfinitio*, ita
ορθός (simplex nomen) *Definitio* vel *Finitio* est: ab *οέλω*,
Finio, definiō. Quærimus autem non Finem quorumlibet Decretorum Dei, sed Prædestinationis; nec hujus, nisi Hominum, h.e. quæ circa Homines versatur.

Ideo *Finem*, præ aliis Causis, considerandum putamus; quia I. Decre-
tum, est Operatio (*ἐνέργεια*) quædam Voluntatis Dei: In omni autem ope-
ratione Voluntatis, præcipue attenditur *Finis*: Eo quod Agens, *Finis* gratia,
maxime operetur. II. Idem quodammodo Norma est Mediorum, ad
Finem destinatariorum. Unde illò cognitò, & hæc facilius & rectius cognoscuntur.

XIV.

Diximus suprà θ. 12. *Ad Gloriam Sapientiae, Misericordie atque
Justitiae DEI, Prædestinationem Hominum tendere.*

1. *Sapientia* quidem, propter inventionem Finium, & Mediorum ad illos ordinatissimam, certissimamque Dispositio-
nem: Rom. XI, 33. & Profunditatem divitiarum **SAPIENTIAE
DEI**, & v. 36. *Ipsi GLORIA in seculum.*

2. *Misericordia*, Rom. IX, 16. Non est igitur volentis aut currentis;
sed Dei miserentis. & v. 23. *Ut notas faceret divitias GLORIA sue
in Vasibus MISERICORDIAE.* Hæc eadem aliás appellatur
η χάρεις, Gratia.

3. *Justitia*, nimirum vindicatrixis: quæ alibi & *Ira* nomi-
natur: Rom. IX, 22. *Deus volens demonstrare Iram.* 1. Theſſ. V, 9.
Non posuit nos Deus ad IRAM.

*Gloriam Dei, esse propriè dictum Prædestinationis Finem, quem Deus ab
æterno intenderit, docent, 1. Sacrae Literæ, Rom. IX, 22. 23. Ephes. I, 6.
12. 14. 2. Ratione comprobatur sic: Quem finem Deus ex Prædestinationis
executione tandem assequitur; eundem quoque in Prædestinando in-
tendit: Atqui, Gloriam sapientiae, Gratiæ sive misericordiæ ac justitiae, tan-
dem ex Prædestinationis executione assequitur: Quod speciatim ex Electio-
ne & Reprobatione cernitur: Ergo, &c. Denique, propter quod omnia
Deus in tempore operatur; illius gratiæ etiam ab æterno decrevit operari.*

At,

At, omnia Deus in tempore operatur P R O P T E R S E - ipsum: Prov. 16,4.
Ergo propter seipsum & suam Gloriam decrevit ab æterno omnia operari.

X X I V.

Quæritur: *Quandoquidem Deum uis Hominem* (ut Palatina Catechesis loquitur. Qu. V.) condidit, ut cù eō beatus in æternum viveret: *an illò Fine* (illustrandæ suæ Gloriæ, per modum Misericordiæ & Justitiæ) potuerit frustrari?

Ratio dubitandi: 1. *Quia, in Hominem beatō, & æternū vivente, neque misericordiæ, neque justitiæ vindicatri locū esse poterat.* At, 2. *Si misericordiam & justitiā per Hominem illustrare intendit; non videbitur eō fine condidisse, ut cum ipso beatus viveret.*

Rq. Non potuisse Deum suō fine excidere: Tùm propter omnipotentiam, tùm propter sapientiam infinitam; Quā sic ordinatisimè à principio ad finem cuncta disposuit; ut necesse fuerit, illum Finem consequi.

Hinc Augustinus: *Omnipotenti Bono, procul dubio, quām facile est, quod rult, facere; tam facile est, quod non rult esse, non finire.* Hoc nisi credamus; periclitatur ipsum nostrae fidei confessionis initium: quā, nos in Deum Patrem OMNIPOTENTEM credere, confitemur. Enchirid. cap. 96.

Ad rationes respondemus: Etsi nec Misericordia, nec Justitia sive Iræ, locus futuris suis in homine beato: tamen, Deum suo fine nec frustrari potuisse, nec frustatum esse, per lapsum hominis. Distinguendum igitur inter Finem (ut loquuntur in Scholis) operantis & operis; sive Agentis, videlicet DEI prædefinantis, & Rei, per creationem quidem è nihilo productæ, sed per Consilium Dei peculiari fini prædefinitæ. Nihil autem prohibet, Alium finem Homini creato, quā tali, præscriptum: *Nimirū, ut per obedientiam, Deo Parenti debitam, ad perpetuam Felicitatem contenderet:* Alium finem à Deo præstitutum, Quā ratione de Homine, officium suum non faciente, ipse suam Gloriam per modum Misericordiæ & Justitiæ illustraret. Sicut itaque hominem creaverat, ut esset: Ita quoque illum donis justitiae & sanctitatis instruxerat, unde Bonus esset: Gen. I, 26. 27. 31. Eph. I V. 24. Præterea informavit præcepto, Gen. II, 16. 17. cuius observantia, non tantum servaret bona jam accepta, sed quotidiè insuper proficeret in meliora: donec ad Beatitudinem omnimodam pervenisset. Hoc Fine suō, quod excederit Homo, propriā ejus culpā factum est: At non interim Deus frustratus est illò suō fine, de quō suprà: Immo verò, per hunc ipsum Homini errorē à suō, ipse ad suum finem pervenit. Mirabili & inscrutabili sapientiā. Ut ergo non acciperet hoc donum Dei, id est, in Bono perseveraniā, prima homo: Sed, perseverare vel non perseverare in ejus relinquetur arbitrio: Tales viri habebat ejus voluntas, quā sine ullō fuerat instituta peccato, & nihil illi ex ipsa concupiscentia liter resistebat: Ut digni tanta bonitatis; & benè vivendi facilitati, perseverandi committetur arbitrium: Deo quidem præsciente, quid esset (homo) facturus in usque: Præciente tamen, non ad hoc cogente: Sed simul sciente, quid de Corillo ipse faceret (Sic legendum, pro excusō fecerit) justè. Augustin. De Cor. rept. & Grat. cap. XII. Quia sic uisi sciebat, quid justitia (homines) facturi non erant; ita etiam sciebat, quid Justitia de illis ipse erat facturus. Idem, lib. 2. de Bapt.

Parvul. Cap. 16. Eodem modo (ibidem iterum ait) jubet omnibus hominibus, ut non faciant peccatum ullum: Quamvis sit Praeficus, neminem hoc impleturum: Ut, quicunque impio ac damnabiliter ejus præceptia contemperint, Ipse faciat in eorum damnatione, quod **F U S T U M** est: Quicunque autem in ejus Præceptis obedienter, & pie proficienter, nec tamen omnia, quæ præcipit, impletentes, sicut si oī dimittunt, sic alia peccata dimiserint; Ipse faciat in eorum mundatione quod bonum est. Quomodo enim dimisit enim dimittitur per Dei MISERICORDIAM, si peccatum non est? aut quomodo non veratur per Dei **F U S T I T I A M**, si peccatum est?

Quanto proinde mirabilius est: Homini iam peccato perditio, propo-ni à D E O V itam & M o r t e m , Benedictionem & Maledictionem: Ut eligat V itam & vivat, diligendo F elicem Deum suū, auscultando voci ejus, & adhærendo ei: (Deut.30, 15.16.19.20.) Et tamen Deum cum P R A E S C I R E, tunc prædicere palam, illius populi peccata, pertinaciam, stupore, &c. Deut. XXXI, 16.17.31. Nimirū, ita Deus declaravit, quid ordo justitiae postularet ab Homine, ut beatus esset: Quod autem Deus non decreverit efficere, vel impedire; Ne Homo illum justitiae ordinem interrumpere, ac prolapsione in peccatum mereretur Damnationem; profecto ex eventu liquido innotescit.

Quapropter saluberrimè confiémur, quod reftissimè credimus: Deum sic ordinasse Angelorum & Hominum Vitam: ut in ea prius ostenderet, quid posset eorum liberum arbitrium, deinde quid posset suæ GRATIÆ BENEFICIUM, JUSTITIAE & JUDICIUM. Augustinus, de Corrept. & Grat.c.X.

XXV.

Materia circa quam, seu objectum Prædestinationis hominum, sunt partim Homines ipsi, de quibus Decretum fit: partim Res, hominibus assignatae. De ipsis dictum suprà, verbis: *De omnium & singularum Hominum Vitâ & Morte certis mediis dispensandâ.*

Notandum hic: *V itam & M o r t e m* hominis non considerari *Physicè*, quantum in corpore, (more aliorum Animalium) fruitur hujus lucis usurâ, aut eâ privatur: Sed potius *Theologicè*, in ordine ad Deum ipsum: qui, ut est summum bonum, ita & Finis ultimus omnium: In cuius proinde fruitione, consistit *Felicitas & Beatiudo* ipsius Creaturæ rationalis. Appellatur in Scripturâ S. Bonum absolute & nō ἐξοχή: item *vita*, & (ut discernatur à fluxâ hâc & mortali) *Vita aeterna*. Joh. III, 15.16. Accessus ad Deum. Joh. VI, 44.45. Hebr. XI, 6. Visio Dei, 1. Joh. II, 2. Communio cum Deo: 1. Joh. I, 3. Habitatio Dei in nobis, Ead. cap. I V, 12. & nostra in Deo, ibid. v.15. &c.

Contrà Mors hominis, est privatio illius Vitæ beatæ, quæ consistit in communione cum Deo. Unde etiam in Scriptura per negationem illorum bonorum describitur. Non videbit *V itam*, Joh. II, ult. Non habet *V itam*, 1. Joh. V, 12. Non habet *P a p r e*, 1. Joh. I, 23. vid. 1. Joh. III, 6. & c. IV, 8. Sæpius tamen & verbis positivis, h.e. citra negationem, Mori, Perire, &c. Separatio a Deo, Luc. XVI, 26. Rejectione a Deo, Matth. XXV, 41. Ignis & Ignis aeternus, &c. Hanc Vitam & Mortem Deum dispensare: tam est liquidum, quam Sol meridie. Proinde, Deum ab aeterno decreuisse dispensare Vitam & Mortem, Salutem & Interitum, nemini pio vel cordato potest aut obscurum, aut dubium esse.

XXVI. Mul-

XXVI.

Multæ quæstiones, De Objecto Prædestinationis, vulgò agitantur : I. Quantum ad Personale Objectum, disputatur : An Homo conditus vel condendus, Lapsurus vel lapsus ; item, An Condendus & Lapsurus , vel Conditus & Lapsurus ; Vel potius, & Conditus & Lapsus, statuendus sit pro Objecto illo?

Nos parùm referre arbitramur, An condendus & Lapsurus , vel Conditus & Lapsus , dicatur Objectum Prædestinationis : Quia, Respectu Dei, ab æterno prædestinantis, factò semel Decretò, in mente Dei, Homo & Conditus & Lapsus ; immò & ordinatus sive designatus erat, ratione totius suæ Vitæ, in Esse, Agere & Pati, à Principiò ad Finem usque præstitutum : Prov. XVI, 4. A&t. XV, 18. Matth. X, 29.30. At verò, respectu ipsius Hominis, ab æterno utique non existentis, Condendus & Lapsurus , & quæcunque alia, in futuro dicenda fuerint. Rom. IX, II. 12.

Observandum hic : Quā occasione obnata sit illa quæstio ? Nempe, moverunt illam Pelagiana soboles, & hodie passim grassans : Ut quoquomo-
do Causam discriminis hominum ab ipsis hominibus suspenderent. Itaq;
Prædestinationem considerant, ut *A&tionem* Dei ; Cui (planè mechanico
more) querunt Objectum idoneum, in quod agat : Purantque, uti non ex
quolibet ligno fit Mercurius, sic neque de quolibet homine quidvis statui
posse. Sicut & Judiciò humanò, aliquò fortè oblato, non quilibet sen-
tentia in eum, locum habet. Atqui somnia hæc sunt Carnis & Sanguinis :
Nos, S. Scripturâ Duce, Prædestinationem ab æterno factam scimus, quando-
nihil rerum creatarum extabat usquam : Sed, ab ipso DEI Decretò pende-
bat, quicquid in universum de Homine futurum erat. De cæteris, infra, ubi
De Electione & Reprobatione, dicetur.

XXVII.

II. Quantum ad Reale Objectum, quæritur : An Hominis Crea-
tio & ejus lapsus continantur in Prædestinatione ? Respondemus:
Si per Prædestinationem intelligatur *Electio*, strictissimâ notione ;
non includi, sed præsupponi & *Creationis* & *Lapsus* Decre-
tum : Sin per eam significetur *latiore* usurpatione, Decre-
tum de Hominum Salute VEL Damnatione, quatenus præ-
cisè resolvitur in *Electionem* & *Reprobationem*, ita, ut hæ due
statuantur species, totam Prædestinationis naturam exhau-
rientes; iterum, non includi, sed præsupponi : At, si *latissi-
mâ* Nomenclaturâ adhibeatur, prout Prædestinatio denotat,
quodcumque Decretum Dei de Homine ; sic includi & *Crea-
tionem* & *Lapsum* : Tandem, si capiatur eadem vox paulò *stri-*

etius, quatenus denotat Decretum Dei, complectens simul dispensationem ET VITÆ, ET MORTIS, ad Misericordiæ & Justitiæ ejus declarationem; arbitramur, Creationem præsupponi tantum; sed, lapsus permissionem includi.

Cujus nostræ sententia ratio hæc est: 1. Prædestination, est alicujus destinatio ad certum finem: *Quisquis autem destinat aliquid certo fini, utique præsupponit illud esse.* Sane, *οὐδὲ οὐδὲ* non est nisi rei, quæ est. E. & *αὐτοὶ*, non competit nisi Enti. Non, quod *esse actu* in se; sed, quod *esse cognitum* in mente Dei habeat. Homo autem, nullum *esse* habuit, nisi, quod per *Creationem* Deus illi tributurus erat: Itaque Prædestination, quatenus est *αὐτοὶ*, præfinito, manifeste præsupponit *Creationem* Hominis in Mente Dei. 2. *αὐτοὶ*, est *Finis* præstitutio: Et quanquam *Media* quoque ad finem illum tendentia, curet; tamen *Creatio*, neque *Finis*, neque *Medii*, strictè sic dicti, rationem sustinet: Cùm initium det Rei decreta. 3. *Creationem* non pertinere ad *Mediorum* classem, in Prædestinatione ordinatorum, patet ex *Fine* Prædestinationis; *Misericordia* & *Justitia* gloria. Neutram equidem patescit *Creatio* hominis, sed æternam DEI tūm Potentiam, tūm Divinitatem, Rom I, 20. 4. Secus res habet in *Permisiōne* lapsus; per cuius Decretum manifeste Deus ad *Misericordia* atque *Justitia* demonstrationem pervenit: immo, sine quod eò pervenire non potuisset: Quum nec *Misericordia* sit sine *Misera*, nec *Ira* seu *Justitia* vindicatri locus esse possit, ubi non datur *Peccator*.

XXVIII.

Quæritur porrò: *An quoq; peccata sint Objectum Prædestinationis?* Resp. Si per Prædestinationem intelligatur *Electio*, (quam S. Augustinus vocat Prædestinationem, quæ in bono est, & Prædestinationem *Gratiæ*) quā Deus media salutis disponit, quæ ipse velit EFFICERE; non esse. Si verò accipiatur, pro Decreto, quo cuncta salutis vel interitus media ordinantur: ad Objecta Prædestinationis rectè referri. Non, quod efficere Deus illa velit, (quod ne quidem ullò modō fieri potest) sed, quod illa velit permittere, & sapientissimè dirigere, tūm ad misericordiæ, tūm ad justitiæ suæ gloriam.

Sic Fulgentius lib. i. ad Monim: *Quod nunquam est in Opere Dei, nunquam fuit in Prædestinatione ejus.* (Priore modō capit nomen Prædestinationis.) Non ergo prædestinationi sunt mali ad hoc, quod male operantur, à concupiscentiâ sua illecti. Prædestinavit autem eos Deus ad supplicium, quos à se præscrivit voluntatis malæ viuo discessuros. Nempe, ex Augustino didicerat: Differre Prædestinationem à Præscientiâ, haec tenus: quod Prædestinatione Deus ea præscrivit, quæ fuerat ipse facturus: *Præcire autem potens est, etiam, quæ ipse non facit: Sicut quecumq; PECCATA.* De Prædestinatione SS. c. X. Interim, non exclusit tamē omnino à Prædestinatione vel ipse Augustinus. Sic enim, d. lib. cap. XVI. *Quid est: Secundum Evangelium quidem inimici propter vos: (Rom. XI, 28.) nisi, quod eorum inimicitia, quæ occiderunt Christum, Evangelio, scit;*

scit videmus, sine dubitatione proficit? Et hoc ostendit EX DEI DISPOSITIONE. venisse, qui bene uui novit etiam MALIS: non, ut ei profint rasa irae: Sed, ut, ipso bene illis uente, profint rasis Misericordia. Quid enim apius dici posuit, quam id, quod dictum est: Secundum Evangelium inimici propterus? Est ergo in Malorum potestate, PECCARE: Ut autem peccando, hoc vel hoc, illa malitia FACIANT; non est in eorum potestate, sed DEI, DIVIDENTIS tenebras, & ORDINANTIS eas; ut hinc etiam, quod faciunt contra Voluntatem Dei, non impleatur nisi VOLUNTAS DEI. Ista, cum solicitarentur a nonnullis, tali ratione munivit Prosper: Male enim velle, facilissimum est Malis: & eorum damnabilem voluntatem, non dubium est, a Dei potestate concludi; ut effectum cupiditatis suae, NISI ILLE PERMISERIT, habere non possint. Resp. ad Exc. Genuens. Dub. VII.

Ad hoc illustrandum, Augustinus allegar locum insignem Act. IV, 27.28. Convenirent Herodes & Pilatus ex populus Israël facere, quanta manus tua & Consilium prædestinavit fieri. (Gratè est: ἡ βασιν τοι πεσσούς θεωρεῖ.) & addit: Ecce quod dictum est: Secundum Evangelium quidem inimici propter vos: Tanta quippe ab inimicis Iudeis manus Dei & Consilium PRÆDESTINAVIT FIERI, quanta necessaria fuerant Evangelio propter nos.

Et ejusdem lib. cap. XX. AGIT quippe Deus, QUID VULT, in cordibus Hominum, VEL ADJUVANDO, VEL JUDICANDO: Ut etiam per eos impleatur quod Manus ejus & Consilium PRÆDESTINAVIT FIERI. Rursum cap. X. Etsi sunt quedam, qua ita peccata sunt, ut Paenae eiam sint peccatorum: unde dictum est: Tradidit illos Deus in reprobam mentem, ut faciant, quæ non convenient: Non ibi PECCATUM Dei est, sed JUDICIUM. Non Dei est, inquit; scilicet Efficientis: Quoniam, nec malignitatem iniquorum, neque cupiditates peccantium, Prædestinationis Dei, aut excitarit, aut suscit, aut impulsu: ut Prosp. ait, Resp. ad Obj. X. Vincent. UTI autem Sapientiam & Justitiam Dei, etiam MALORUM OPERIBUS, quæ ex iorum proderent appetiu, AD IMPLENDA CONSILIA ET JUDICIA SUA: nullus, vel tenuiter secundum pietatem doctus, ignorat: qui videt, Dei Patris, optimam VOLUNTATEM, non parcentis Filio suo, sed pro nobis omnibus tradentis eum, pessimam Traditoris Iudei & Judæorum voluntate COMPLETAM. idem Resp. ad Dub. VII. Genuens.

XXIX.

Quæritur 3. Si Deus prædestinârit Peccata; annon eatenus redditur AUTOR PECCATI?

R. Etiamsi Deus dicatur ab æterno decreuisse, quod velit in tempore permittere tūm Lapsum primi Hominis, tūm Peccata cætera Hominum, tam Electorum, quam Reproborum: nullatenus tamen PECCATI AUTOREM veldici debere, vel jure dici posse.

Ubi præsertim notandū: 1. Alia Deum prædestinasse FACE RE: ut Create Hominem, Lapsum erigere, fulcire fide, spe, aliisq; donis: Alia prædestinasse FIERI: ut Adamum labi, Josephum vendi, Genes. XLV, 5.7. & L. 20. Christum crucifigi: Act. IV, 27.28. &c. 2. Non posse jure dici AUTOREM, à cuius nec jussu, nec suasu, nec impulsu, multoque minus coactione.

coactione, peccata oriuntur: Sed, qui severissimè iis interdit, ac pro justitiae ratione illa potenter punit. Psal. V, 5. 6. 7. Rom. I X, 22.

B. Augustino quæstio mota jam olim fuit, *Per quid peccatum inventatur in parvulis?* Julianus Pelagianus sic argutabatur: *Non peccat iste qui nascitur: non peccat ille qui genuit: non peccat iste qui condidit:* *Per quas RIMAS (agebat ille) inter tot præsidia innocentia, peccatum singis ingressum?* Cui respondit Augustinus: *Quid querit latentem rimam, cum habeat apertissimam JANVAM?* *PER unum hominem*, ait Apostolus; *PER unius delictum*, ait Apostolus: *PER inobedientiam unius hominis*, ait Apostolus. *Quid querit amplius? quid querit apertius? quid querit inculcatius?* Lib. II. de Nupt. & Concup. cap. 28. Et sancè vix quidquam disertius in Genesi traditum est, historiâ Lapsus seu Transgressionis Adæ: per quam peccatum in universum Mundum intravit: Gen. III. Rom. V, 12, &c. Et quid in tantâ manifestatione iniquius est, quam velle in occultas Causas inquirere, vel ipsam SS. Justitiam, D E U M, in participium sceleris trahere; qui solus Bonus est, & omnia bene fecit; ipsumque Hominem creavit Rectum, Ecclef. VII, 30. Optimum, Genes. I, 27. 31. *Justum & Sanctum*, Ephes. I V, 24. imò etiam Præcepto munivit, & a peccando severissimâ comminatione absterruit? Adam igitur *Peccati Autor* & fons est omnium in humano genere peccatorum. Suggestente quidem ac persuadente Diabolo; sed spontaneo arbitrio Homine consentiente. 2. Cor. XI, 3.

X X X.

FORMA Prædestinationis Hominum, consistit in Ordine ac Modo dispensationis rerum decretarum: quo faciunt verba definitionis, *Convenientibus Medis ordinatè dispensandâ*. Etsi enim Prædestinatio in Mente Dei unus & simplicissimus actus sit, acreverâ non differat ab ipso Deo Prædestinante: tamen, pro intellectu nostri capacitate, distinguitur, ratione tûm *Rerum*, tûm *Ordinis* illarum. De Rebus, actum suprà. De ordine hic agendum: cuius intuitu, Res aliae, aliis priores aut posteriores dicuntur.

XXXI.

Quæritur autem: *Quis sit in illâ Prædestinatione Ordo Decretorum Dei?* hoc est, An Deus priùs decreverit Finem, an Media; & quô cuncta Ordine constituerit?

q. Totum actum Prædestinationis Dei esse (ut præced. th. dictum) unum & simplicissimum: ac proinde, absurdè in eo statui prius & posterius. Quandoquidem autem in tempore, quô Deus Decretum illud suum exequitur, & Verbô nobis ipse revelârit, & exemplis præsentibus docuerit; Quibus modis, quôve ordine, Bonum & Malum; Vita & Mors, Salus & Damna-

Damnatio ad suam Gloriam dispensetur : Itaq; liceat Prædestinationis Dei, propriè loquendo, esse ordinem, negemus: eadem tamen ratione, quā in plura Decreta, pro rerum varietate, discernitur; Ordinem statui posse arbitramur: & quidem talem, qualem analogia Consiliorum rectae rationis secundum S.Scripturam instituere docet.

XX XII.

Cum igitur inter omnes conveniat: Rerum decretarum alias habere modum ac rationem *Finis*: ut, Gloria Misericordiæ & Justitiae Dei: alias modum ac rationem *Mediorum*, ad Finem illum tendentium, sustinere: restat ratio docet, Decreto de *Fine* esse præcedaneum decreto de *Mediis*: atque adeò, Deum ante omnia de humano genere *prefuisse* illustrare *Gloriam Misericordia & Justitia*: Roman. 19. 22. 23. & XI, 5. Ephes. I, 6. II. 12.

Ratio est; Quia, quod primum est in intentione, illud ultimum est in executione. Sed in executione, post omnia sequitur Gloria sapientiæ, misericordiæ, justitiae Domini: & fatis constat, *Deum omnia facere PROPTER SEMETIPSUM*: Prov. XVI, 4. E. Hac prima intentio Dei fuit: cum eum in Finem tota demum Prædestinationis desinat.

XX XIII.

Secundas damus partes Decreto de *Mediis*, ad præfatos fines spectantibus. Neque dubitamus, illud Mediorum primum designare, quod communiter inservit, tam *misericordia*, quam *justitia* demonstrandæ: nempe, *Permisionem Lapsus Adami*, & in eo totius generis humani: Romi. V, 12. 14. collat. cum seqq. vers. 15. 19. & 21.

Decretum de Creatione Hominis (quod vulgo primum faciunt) non commemoramus in Mediorum catalogo, propter rationes supra positas: sed remittimus illud, ad Generale Decretum: quo in universis creandis, & in sā Naturā conservandis, Gloriam Potentiæ, Sapientiæ ac Bonitatis suæ declarare DEUS constituit. Itaque Homo, quā Creatura, ad communem cum cæteris finem tendit. Sed ratione lapsus sive peccati, jam ad specialem Oeconomiam Dei spectat. Quia enim, respectu illius Transgressionis, singulare Mandatum habuissé deprehenditur; singularem quoque Dei Providentiam circa hunc ille ipse lapsus arguit. Et quum Deus ex hoc lapsu, alios erigat ad *misericordia*; alios in eo relinquat, ad *justitia* demonstrationem: Quis temere neget, Lapsum hominis pertinere ad hanc Mediorum classem, quæ ad Finem Prædestinationis tendunt?

XX XIV.

Atque hoc Decretō (lapsum permittendi) existimamus

C

differre Prædestinationem totam, ab illius partibus, *Electione ac Reprobatione*: in quibus SEPARTIM disponuntur media SIVE Salutis misericordia, ad gloriam misericordia; SIVE Damnationis Peccatorum, ad laudem iustitiae Dei. Imo, quatenus Deus permissione lapsus hominum, Gloriam misericordiae ac iustitiae illustrare decrevit: eatenus Prædestinationem hominum, ab Angelorum quoque differt. Nam, Permissione lapsus Angelorum, tantummodo iustitiam, non etiam misericordiam, representavit: 2. Petr. II, 4. Jud. vers. 6.

De reliquorum Decretorum Ordine, clarius & magis perspicue dici poterit, in ἀρεσμῷ τῇ Διαγέτῃ, i.e. segregatione & discione Hominum: quae sit in ipsorum cum Electione, tum Reprobatione.

XXXV.

Tertium proinde locum in Prædestinationis serie assignamus Decreto; quod tota hominum, in peccato æqualiter jacentium, universitas DISTRIBUTUR in duas Classes: quarum Una sit Christi Servatoris; altera relinquatur Diabolo, Perditori ab initio & homicida: Joh. VIII, 44. cuius obsequiis propriō arbitrio se tradidit. Duplex igitur est hoc Decretum, continens in se partim ELECTIONEM, partim REPROBATIONEM.

XXXVI.

ELECTIO, Græcis ἐκλογὴ, est Decretum Dei æternum: quod sibi ex universo genere humano, in peccatis æqualiter mortuorum, quosdam IN CHRISTO JESU, tanquam per Servatorem, æternæ VITÆ restituere, proposuit: ad laudem in primis Misericordiae suæ.

Multæ quidem laudes, & Gloria maxima Deo & Christo ejus nascuntur ex Electione, ac Salute consequenti Electorum: ut Sapientia, Eph. I, 8. Potentia, Iustitia, Gratia: Unde & ἐκλογὴ χάρις, Electio Gratia, i.e. per gratiam gratiosè facta, nominatur: Rom. X, 15. &c. Propria tamen est Eleccióni, Misericordia: quia, cum in hominibus Deus, præter Misericordiam peccati & mortis, nihil intueretur: & tamen aliquorum miseratus, sibi eos reconciliare præsumeret: certè, nil erat hæc ἀρεσμός, Accepero, nisi Vita quædam ex mortuis. Rom. XI, 15. Hinc & rasa misericordiae cognominatur Electi: Rom. IX, 23. Nec male vulgo sub hac ratione à Theologis, Elección aëlus misericordiae appellatur.

XXXVII.

FINIS Electionis cum sit, Misericordiae demonstratio: MEDIA, in illâ ordinata, sunt; quæcunque Hominem à communis perditorum massa segregant. Primum VOCATIO ad Poenitentiam

tentiam & Fidem: quâ dividitur & colligitur ἔκκλησις, Ecclesiarum cœtus: quasi qui è reliquâ turbâ, in peccatis strenuè laborante, seorsim vocantur. Unde quoque Impiorum calumnia in secedentes, neq; concurrere volentes ad eandem flagitiorum colluviem: 1. Pet. IV, 3. 4. in quibus more bestiarum se volutant: 2. Pet. II, 12. 22. Hi vocati, discriminis causâ, nominantur οἱ ναῦται τοῦ Ἰησοῦ καὶ ητοί, Vocati secundum Propositum, nempe Dei: per collat. Eph. I, 9. 11. Atque hunc ordinem, à Prædestinatione (προετοιμᾶ) ad Vocationē illam, tanquam primū separatio- nis à peccatoribus gradum, ipse Apost. docet: Rom. VIII, 30.

Secundum Medium est JUSTIFICATIO: Idem ibidem: quâ Reatu peccatorum nostrorum, & inimicitâ inter Deum & nos sublatis, reconciliamur Deo, & justi reputamur, ad Vitæ æternæ hæreditatem obeundam: Rom. VIII, 33. & IV, 6. & V, 2, 10: 2. Cor. V, 19. 21. Matth. XXV, ult.

Tertium deniq; GLORIFICATIO: Rom. VIII, 30. quâ vi-
cto Diabolô, Peccatô, Mundô, Morte (ultimo hostium: 1. Cor. XV, 26.) vivemus in facie Dei, vitam æternam & beatissi-
mam. Roman. VIII, 29. 37. &c. 1. Cor. XV, 54. Apoc. X, 3. 4.

XXXVIII.

Horum Mediorum, & quæcunq; sub illis continentur Do-
na, seu Beneficia Gratia (quotquot Peccati & Mortis imperio exi-
munt, & è contrario iustitia ac vita, ipsique Deo T. O. M. Bea-
titudinis omnis fonti, nos adducunt vel afferunt:) unicum
fundamentum est CHRISTUS JESUS, Mediator ille Dei & Homi-
num. 1. Tim. II, 2. 5. Joh. XIV, 6. Act. IV, 12. 1. Cor. I, 30. & III, 11.

Mediator igitur Christus est, non solum quid Medius ac Interpres inter Deum & homines intercedat: sed &, quid Media Salutis omnia hominibus subministret: præcipuum, Spiritum S., quid regenerentur: Joh. III, 3. 5. ac tūm à morte peccatorum resuscitantur, tūm ad Vitam cum Christo in æternum beatè vivendam obsignentur: Rom. VIII, 2. 9. 17. Gal. III, 13. 14. & IV, 4. 5. Ephes. I, 13. & II, 5. 6. & IV, 30. Joh. XVII, 22. & Joh. IV, 13.

XXXIX.

REPROBATIO (ἀποκλησις) est Decretum Dei æternum;
quod, ex hominibus peccatoribus eos, quos non elegit, in perdi-
tione suâ relinquere, & propter peccatum Morti æternæ ad-
dicere, statuit: ad Justitiæ suæ in primis demonstrationem.

Esse Reprobationem æquè Decretis Dei annumerandam, vel ipsa Electio

satis superque evincit. Semper enim, ubi Delectus, ibi aliorum *derelictio*: qua & *Rejectio*, & *Reprobatio* dicitur: eō quod nou probentur & assumantur, uti, quae religuntur. Atq; hic emphaticum æstimamus nomen *Δοκτῶν, Reliquorum*: Rom. XI, 7. *Elektio* (id est, Elektorum pars) impeiravit, oī δὲ *Δοκτῶν*, *Reliqui* autem (h.e. Non-electi, Rejected, Reprobati) *occalliverunt*. Sic dicti à *Δοκτῶν* linqui, relinqui: quia non assumuntur à Deo, sed sibi met relinquentur. Sic *Improbis*, & qui sunt extra Ecclesiam, adeoq; & salutis spem, cō nomine désignantur. Eph. II, 3. 2, Thess. IV, 13. & V, 6. conf. Luc. X VIII, 11.

Plura non addimus: Nec enim judicamus operæ pretium esse, de Reprobatione, Reprobris, ac Mediis, quibus Damnationem incurruunt, curiose disquirere.

Perversa planè Doctrinæ de Prædestinatione meditatio est: quâ ingenuum potius fatigatur in Damnationis, & peccati-ēd ducentis scrutinio; quâ in Salutis, & Mediorum ad eam ordinatorum, studiō. Nam, ut desperati hominis esset, Nave fractâ considerare magis, qui pereundam, quâ, quâ salutari tabulâ enatandum: ita neq; pii, neq; fatis fani hominis est, Indulgere speculationibus pereuntium, & in peccatis suis morientium. Quin potius officii nostri est; Contendere intrare per angustam Salutis portam: Luc. XIII, 24. quandoquidem *Violenti rapient Regnum Calorum*: Matth. XI, 12.

X L.

Etsi Prædestinatio Dei, æterna & immutabilis sit: ac procul omni dubio, illi certissimè constet, *Qui*, & *Quot*, & *Quando*, & *Quomodo*, servandi sint vel damnandi: tamen, cūm Numerum illum, uti solus *definivit*; sic etiam solus *sciat*: Nostrum non est, sive in occulta Dei inquirere, sive alias temerè damnare, sive impietati propterea litare: tali aut consimili argumento:

Quemcunq; Deus ante conditum Orbem elegerit, eum non posse perire: quemcunq; vero rejecerit, eum non posse salvare, etiam omnia Sanctorum opera fecerit. quæ verba sunt Joh. Brenti, Exeg. in Joh. XV, 2.

Ergo perinde fuerit, utcunq; me gessero in vita.


Nam, *Firmum quidem stat fundatum Dei*, & *habet istud Sigillum: N. O. V. I T D O M I N U S, Q U I S I N T S U I.* Additur tamen ibidem: & desistat ab *injustitia* (peccatis) omnis qui invocat Nomen Christi. Itaque si quis à peccatis cessare præfacte nollet: fatus ille proderet, neq; Filiorum Dei charactere se ob signatum. Ut enim Dominus novit suos, & viam iustorum, sic via Impiorum peribit, Psalm. I, 6. Quamobrem Apostolus Petrus, postquam virtutum egregiam catenam commendasset: 2. Ep. I, 5. 6. 7. subdit: *Propterea, studebit potius Vocationem & Electionem vestram firmam efficere: Hac enim si feceritis, nunquā impingetis: I T A enim copiose subministrabitur vobis INTROITUS IN æternum R E G N U M Domini nostri & Servitoris Iesu Christi.*

Eidem unā cum Deo Patre, ac Spiritu S., sit Benedictio, & Honor, & Gloria, & Robur, in secula seculorum. A M E N.

Emendanda: Thesi I. lin. 2. del. vel. Th. VI. lin. 12. leg. (Vulgarus) Th. XIII. lin. 2. pro certis leg. convenientibus seq. lin. 3. post Gloriæ del. comma. Th. XIV. l. 2. pro nomib. leg. omnibus. Th. XXVI. l. 4. leg. singulorū, & in fin. del. dis- Finis.







DE L E G E.

23

I. utrumque: Illud contra *Anabapt.* Hoc
um sit jurare per Creaturas? N. contra
dictum, quo non tantum dejerationes,
iiora & crebriora prohibentur, sit correctio;
ni per nomen Christi, & advocandi eum
tatis, sit auctarium præcepti tertii, N. utr.

ceptum de Sabbatho, non tantum quoad *De Præc. IV.*
ei, sed & quoad rem ipsam mandatam, fue-
ri, & ceremoniale; adeoque à Christo totali-
Præcepti substantiam, sublatum? N. con-

olorum distinctio, consecratio & usus, qua-
et, sit necessarius & sanctus? N. contra

pla, idolatriæ Pontificiæ quondam con-
ie possint in usum Conventuum sacrorum
. contra *Anabapt.* *Brovvnist.* *Independ.*

ces privatae, in Templis fusæ, efficaciores
stitutis? N. contra *Pontif.*

es festi aliis diebus per se sanctiores, & nece-
sarii sint in N. T. æquè ac dies festi legales in
Pontif.

nandatum de diligendis inimicis sit aucta- *De Tabulâ*
terioris Tabulæ, quod ei accesserit demum *poster.*
to? N. contra *Socin.*

tem in Novo demum Test. Superioribus in- *De Præc. V.*
tres magis exhibeant erga Inferiores, quam
e sit additamentum Præcepti Quinti? N.

rentum consensus ad nuptias liberorum re-
le honestate, an verò etiam de necessitate?
. contra *Pontif.*

XXVI. An